



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum præter moralia præcepta contineat aliqua cæremonialia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Super Quaestio 99. Articulus secundus & tertius.

tinetur in hoc, quod dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: unde est quaedam explicatio istius mandati.

ARTICVLVS II. Vtrum lex vetus contineat praecipua moralia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod lex vetus non contineat praecipua moralia. Lex enim vetus distinguit a lege naturae, ut supra habitum est: sed praecipua moralia pertinent ad legem naturae, ergo non pertinent ad legem veterem.

¶ 2 Præter. Ibi subuenire debuit homini lex diuina, ubi deficit ratio humana, sicut pater in his quae ad fidem pertinent, quae sunt supra rationem: sed ad praecipua moralia ratio hominis sufficere videtur, ergo praecipua moralia non sunt de lege veteri, quae est lex diuina.

¶ 3 Præter. Lex vetus dicitur littera occidens, ut patet 2. ad Cor. 3. sed praecipua moralia non occidunt, sed uiuificant, secundum illud psal. 118. In aeternum non obliuiscar iustificaciones tuas: quia in ipsis uiuificasti me, ergo praecipua moralia non pertinent ad ueterem legem.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiast. 17. Addidit illis disciplinam, & legem uitae hereditauit eos: disciplina autem pertinet ad mores, dicit enim gl. ad Hebr. 12. super illud, Omnis disciplina &c. disciplina est eruditio morum per difficilia. ergo lex a Deo data, praecipua moralia continebat.

RESPON. Dicendum, quod lex vetus continebat praecipua moralia, ut patet Exo. 20. Non occides, Non furtum facies: & hoc rationabiliter, nam sicut intentio principalis legis humanae est, ut faciat amicitiam hominum adiuuicem: ita intentio diuinae legis est, ut constituat principaliter amicitiam hominis ad Deum. Cum autem similitudo sit ratio amoris, secundum illud Ecclesiast. Omne animal diligit simile sibi: impossibile est esse amicitiam hominis ad Deum, qui est optimus, nisi homines efficiantur boni. unde dicitur Leu. 19. Sancti eritis, quonia ego sanctus sum. Bonitas autem hominis est uirtus, quae facit bonum habentem: & ideo oportuit praecipua legis ueteris etiam de actibus uirtutum dari, & haec sunt moralia legis praecipua.

AD PRIMVM ergo dicendum,

Alex uetus distinguitur a lege naturae non tanquam ab ea omnino aliena, sed tanquam ex aliquid superaddens. Sicut enim gratia praesupponit naturam, ita oportet quod lex diuina praesupponat legem naturalem.

AD SECVNDVM dicendum, quod legi diuinae conueniens erat, ut non solum prouideret homini in his, ad quae ratio non potest, sed etiam in his, circa quae contingit ratione hominis impediri. Ratio autem hominis circa praecipua moralia, quantum ad ipsa communissima praecipua legis naturae, non poterat errare in uniuersali: sed tamen propter consuetudinem peccandi obscurabatur in particularibus agendis. Circa alia uero praecipua moralia, quae sunt quasi conclusiones deductae ex communibus principiis legis naturae, multorum ratio oberrabat, ita ut quaedam quae sunt secundum se mala, ratio multorum licita iudicaret. unde oportuit contra utrumque defectum homini subueniri per auctoritatem legis diuinae. Sicut etiam inter credenda, nobis proponuntur non solum ea ad quae ratio attingere non potest, ut Deum esse trinum, sed etiam ea ad quae ratio recte pertingere potest, ut Deum esse unum, ad excludendum rationis humane errorem, qui accidebat in multis.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. probat in lib. de spiritu, & littera, etiam littera legis, quantum ad praecipua moralia, occidere dicit occasionaliter, in quantum praecipit quod bonum est, non prebens auxilium gratiae ad implendum.

ARTICVLVS III. Vtrum lex uetus contineat praecipua ceremonialia praeter moralia.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt quod lex uetus non contineat praecipua ceremonialia praeter moralia. Omnis enim lex quae hominibus datur, est directiua humanorum actuum: actus autem humani, morales dicuntur, ut supra dictum est. ergo uidetur quod in lege ueteri hominibus data, non debeant contineri nisi praecipua moralia.

¶ 2 Præter. Praecipua, quae dicuntur ceremonialia, uidentur ad diuinum cultum pertinere: sed diuinus cultus est actus uirtutis, scilicet religionis, quae ut Tullius dicit in sua Rhetoric. diuinam naturam cultu ceremoniali affert. cum igitur praecipua moralia sint de actibus uirtutum

inter senecae ad ipsam spectat ordinare hoc in amicitiam, & pacem hominis ad Deum: sed hoc spectat ad legem diuinam quae est superior. Et propterea lex humana non secundum se, sed ut substat diuinae legi, dicitur amicitiam hominum in amicitiam Dei. Amicitia autem hominis ad Deum dupliciter potest sumi, primo simpliciter, quae scilicet per gratiam & charitatem. Secundo, secundum quid, quae scilicet seclusa gratia esse potest inter hominem in puris naturalibus, & Deum. Et utraque potest sumi dupliciter. scilicet ex parte Dei amantis, & ex parte hominis amantis. Quomodo docens amicitiam sumat, si ex parte Dei sumitur, non potest recte ordinari in bonum humanum: esset enim peruersitas magna uti fructus. Si autem sumatur ex parte hominis, potest recte ordinari ad bonum commune humanum, tum quia homo secundum id, quod est, & sua est pars ciuitatis: tum quia utile non solum tali annexum ad augmentum seu conseruationem boni communis spectat. Ad obiectionem ergo in oppositum dicitur, quod si lex humana disponeret de cultu diuino ex parte Dei, ordinando illum ad pacem hominum, puta, quod propter hoc principaliter colatur Deus, peruersa esset: sed hoc non facit lex humana, quauis forte multi legislatores impij hoc intenderint, & a sinuerint multas fabulas propter hoc, ut in 2. Metaph. innuitur: sed lex humana multis existentibus rationibus diuini cultus, de illis, quae ad ipsam spectant, disponit ad finem suum, commune bonum ab aliis abstrahens, ut pote ad se non pertinentibus: abstrahentium autem non est mendacium, nec peruersitas unde quia gratia perficit, non destruit naturam, ex humana sic habet pro fine principali bonum commune hominum inter se, ut non reputet illi subordinatio

Cap. 14. to. 3

Infar. 4. & 5 co. & q. 101. ar. 1. & 4. co. & q. 103. ar. 1. cor. & ad 3. & q. 104. ar. 4. & 2. q. 122. ar. 1. ad 2. & quod 1. ar. 8. co. & quod 4. ar. 13. co. q. 1. ar. 3.

li. de innu. in fo. ante fia. lib.

Ar. praeas.

rio ad altiorem finē ex aliori principio, ut de arte dictum est, & sic disponit d' alius ad finem, ut non excedat limites ordinabilium recte in illud.

Lib. 2. c. 3. & 14. de trin. c. 3. a me. to. 3.

In eisdem articulis aduerte diligētissime rector ecclesiastice: quia secundum diuinas leges principaliter regere teneris, & finis principalis diuinae legis est amicitia hominis ad Deū, ut ad animarum salutē principaliter respicias, studeas, & solliciteris: nec fat est tibi extrinseca tranquillitas ecclesiae tibi commissae, quae sufficit rectori sicut in suo populo. Oportet namq; te arte actum ut in regimine animarū, & secundum eam vigilare super gregem tuū, & i singulis amicitia ad Deum prouocare, & in vniuersis, ut possit illi dici, Pulchra es amica mea.

Ar. praeed.

SEDE CONTRA est, quod dicit Deut. 4. Decem verba quae scripta sunt in duabus tabulis lapideis, mihiq; mandauit in illo tempore, ut docerem vos caeremonias, & iudicia, quae facere deberetis: sed decē pcepta legis sunt moralia: ergo praeter pcepta moralia sunt etiā alia pcepta caeremonialia.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Lex diuina principaliter instituitur ad ordinandū homines ad Deum: lex autē humana principaliter ad ordinandū homines adinuicē. & ideo leges humanae non curauerunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum. & propter hoc etiam multa cōfinerunt circa res diuinas secundum quod videbatur eis expedire ad informandos mores hominum, sicut patet in ritu Gentiliū sed lex diuina econuerso homines adiuicem ordinauit, secundum quod conueniebat ordini, qui est in Deum, quem principaliter intendebat. Ordinatur autem homo in Deum non solum per interiores actus mentis, qui sunt credere, sperare, & amare, sed etiam per quaedam exteriora opera, quibus homo diuinam seruitutem proficitur. Et ista opera dicuntur ad cultum Dei pertinere, qui quidē cultus caeremonia uocatur, quasi munia, id est, dona caereris, quae dicebatur Dea frugum, eo quod prima ex frugibus oblationes Deo offerebantur. Siue, ut Maximus Valerius refert, nomen caeremoniae introductum est ad significandū cultum diuinum apud Latinos a quodā oppido iuxta Romā, quod Caere uocabatur, eo quod Roma capta a Gallis, illic sacra Romanorū oblata sunt, & reuerendissime habita. Sic igitur illa pcepta, quae in lege pertinent ad cultum Dei, specialiter caeremonialia dicuntur.

Li. 1. c. 1. par. 2. a medi. in situ. de L. Furio Bibaculo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod humani actus se extendunt etiam ad cultum diuinum: & ideo et de his continet pcepta lex uetus hominibus data. AD SECVDVM dicendum, quod sicut supra dictum est, pcepta legis naturae communia sunt, & indigent determinatione. Determinantur autem & per legem humanam, & per legem diuinam. Et sicut ipsae determinationes, quae fiunt per legem humanam, non dicuntur esse de lege naturae, sed de iure positio: ita ipsae determinationes pceptorum legis naturae, quae fiunt per legem diuinā, distinguuntur a pceptis moralibus quae pertinent ad legem naturae. Colere ergo Deum, cum sit actus uirtutis, pertinet ad pceptum morale: sed determinatio huius pcepti, ut scilicet colatur talibus hostiis, &

919. 21. 4.

talibus muneribus, hoc pertinet ad pcepta caeremonialia: & ideo pcepta caeremonialia dicuntur a pceptis moralibus.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Dionysius 1. cap. coel. hierar. Diuina hominibus manifestata non possunt, nisi sub aliquibus similitudinibus: ipse autem similitudines magis mouent animum, quando non solum uerbo exprimitur, sed etiam sensui offeruntur: & ideo diuina tractantur in scripturis non solum per similitudines uerbo expressas, sicut patet in metaphoricis locutionibus, sed etiam per similitudines rerum, quae proponuntur, quod pertinet ad pcepta caeremonialia.

ARTICVLVS IIII.

Utrum praeter pcepta moralia, & caeremonialia, sint etiam pcepta iudicialia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod praeter pcepta moralia, & caeremonialia non sint aliqua pcepta iudicialia in ueteri lege. Dicit enim Augustus, contra Faustū, quod in lege ueteri sunt pcepta uitae agendae, & pcepta uitae agendae sunt moralia, pcepta autem uitae significandae sunt caeremonialia. ergo praeter haec duo genera pceptorum non sunt ponenda in lege alia pcepta iudicialia.

¶ 2. Prater. Super illud Psal. 118. A iudicijs tuis non declinaui, dicit glo. id est, ab his, quae constituit regulam uiuendi, sed regula uiuendi pertinet ad pcepta moralia. ergo pcepta iudicialia non sunt distinguenda a moralibus.

¶ 3. Prater. Iudicium uidetur esse actus iustitiae, secundum illud Psal. 93. Quo ad usq; iustitia conuertatur in iudicium: sed actus iustitiae, sicut & ceterarum uirtutum, pertinet ad pcepta moralia. ergo pcepta moralia includunt in se iudicialia, & sic non debent ab eis distingui.

SEDE CONTRA est, quod dicit Deut. 6. Haec pcepta, & caeremoniae, atq; iudicia: pcepta autem tonomastice dicuntur moralia. ergo praeter pcepta moralia & caeremonialia, sunt etiam iudicialia.

RESPON. dicendum, quod sicut dictum est, diuinā pertinet, ut ordinet homines ad Deum. utrunq; autem horum in cōmuni pertinet ad dictamen legis naturae: ad quod pertinet moralia pcepta: sed oportet quod determinetur moralia pcepta: sed oportet quod determinentur per legem diuinā, uel humanā, quae propria naturaliter nota, sunt communia tam in latius, quae in actiuis. Sicut igitur determinatio communis pcepti de cultu diuino fit per pcepta caeremonialia, sic & determinatio cōmunis pcepti iustitiae obseruanda inter homines, determinatio pcepti iudicialia: & secundum hoc oportet

Super Cap. Articulus 3. & 4. quoniam

IN 4. & 5. art. 1. dem 99. q. 2. primo, quod dicitur in bes explicatione minorum scripturae Plalmis postpositis & in etia religia scripturae re impiecerit in nia, pcepta moralia, iustitiam. Aduertenda in responsione mium arti. 4. ad uniuersalē, quae ralia omnia, tunc nantur lege, quae habet rationem, tunc per hoc manant, ut per se sequatur bene commune hominum tegrū, dicitur debet de claritate debito Deo. 92. & cibus. Sicut ar. exp. m. de debito. Gal. quod dicit alius, quod est bonum per se. integrā, ut bene clare uides, quod diuimus, quod saliter dicitur, quod ordinatur in bonum, ut patet in

sup. 92. & cibus. Sicut ar. exp. m. de debito. Gal. quod dicit alius, quod est bonum per se. integrā, ut bene clare uides, quod diuimus, quod saliter dicitur, quod ordinatur in bonum, ut patet in

¶ A ctiuitas pcepti, quae non debent ab eis distingui.

SEDE CONTRA est, quod dicit Deut. 6. Haec pcepta, & caeremoniae, atq; iudicia: pcepta autem tonomastice dicuntur moralia. ergo praeter pcepta moralia & caeremonialia, sunt etiam iudicialia. RESPON. dicendum, quod sicut dictum est, diuinā pertinet, ut ordinet homines ad Deum. utrunq; autem horum in cōmuni pertinet ad dictamen legis naturae: ad quod pertinet moralia pcepta: sed oportet quod determinetur moralia pcepta: sed oportet quod determinentur per legem diuinā, uel humanā, quae propria naturaliter nota, sunt communia tam in latius, quae in actiuis. Sicut igitur determinatio communis pcepti de cultu diuino fit per pcepta caeremonialia, sic & determinatio cōmunis pcepti iustitiae obseruanda inter homines, determinatio pcepti iudicialia: & secundum hoc oportet